

MEMORIA
DOROTHEÆ BACHMANNIÆ
MATRONE VIRTUOSISS.
DN. SEBASTIANI ALISCHERI P.L.C.
MIN. LIGN. PETRO-PAUL.
SVAVISS. & DESIDERATISS. CONJUGIS,
FLORIBUS
EX HELICONE LECTIS
A
BENEVOLENTIBUS
EXORNATA.

LIGN. OPERA SARTORIANA
A. C. M DC LI.



Vi pia Præstantis deflevi funera Patris
 Bachmanni, Gnatae defleo busta Pia.
 Ossa VIRI sancti vix sunt illata sepulchro,
 Funera MACHNERUS me nova flere jubet.
 Pars ALSCHERE tui cordis, conjuxq; fidelis
 Mortē perempta citò VIR REVERENS
 cadit

Hec conjux Pars fida tuæ Pars maxima vitæ
 O desiderium, spes, columenq; tuum,
 In prolem studiosa Parens, perchara Propinquis,
 Et quæ famine laus erat ampla chori.
 Sic spes nostra fugit fragilis, sunt cuncta caduca,
 Vita, metus dolor est, continuusq; labor.
 Ergò citò quisq; mundi terrena relinquit,
 Certa citò vitæ gaudia morte capit.
 Sic Conjux, VIR Clare tua ex hoc carcere mundi
 Immundi penetrat Regna beata Poli.
 Nullus ubi labor est, non luctus, bella metusq;
 Gaudia confurgunt, ast ubi summa polo,
 Est ibi pax, pietas, bonitas, lux, vita perennis,
 Gloria, laus, splendor, dulcis amor, requies.
 Tristis abest gemitus, squalor, dolor, ira, voluptas,
 Vespera nec Festos finiet ulla dies.

Hæc pauca animo condolente, in gratiam
 Rev. & Clariss. Dn. Alischeri Amici mei ho-
 norandi adponere volui

M. GEORGIUS SEIDELIUS Ecclesiæ
 Vratislav. Neapolitan. Præpos.

Ec-

ECquis ALISCHERI Lacrimas in Funere culpet,
 Quod fide, tristi Mente, paravit Hera?
 Non certè nostrî MACHNERI mascula Clio:
 Non clari ad Varnum Vatis, honora Manus;
 Non Ego: quos movit, pia, sancta, pudica, quod urna
 Debuit includi tam citò DOROTHEA,
 Thesaurum, qui sit gemmis, sit carior Auro,
 Dicit Herus, mæsto se tumulasse solo:
 Et se cum Gnatis, senos quos ordine sistit,
 Contumulare meris, dum meminit, Lacrumis.
 Lustra quater tantum, socij per Fœdera Lecti,
 DOROTHEA queritur se potuisse frui:
 Cum quâ vel seros sibi vivere Nestoris Annos
 Esset, in humanis Rebus, amica Quies.
 Sed benè Thesaurum tam carum condidit; & jam
 Scit, sanctum verâ posse Quiete frui.
 Conditus in JOVÆ Dextrâ est: curpitq; quietem,
 Quam Sanctis Cælo, quam parat Ille Rogo.
 Idem reddet, Hera quod cæli sede receptum est:
 Reddet de Tumuli pulvere DOROTHEAM.
 Quodq; Decus Terris, pia, sancta, pudica relinquit:
 Ætas inter Nos non sinet ulla mori.
 Quorsum ergò Lacruma? Nostræ sunt Germina Sortis.
 Expers est Lacrumis Sors bona DOROTHEÆ.

Affectus amici testandi
 & solatij ergò
 appon.

M. VALENTINUS KLEINWECHTERUS
 Gymnas. Vratisl. Magdalenæi
 Rector.

A 2

Post

POst Soceri fatum dulcis denascitur Uxor,
Rumpitur & socij copula sancta tori.
Flebile discidium tibi, AMICE, gregiq; pusillo:
Tædia sat novi propria vita parit.
Illa tamen gaudet; non quod sejungier unquam,
A te maluerit pignoribusq; suis,
Sed quia dulce fuit Jovæ parere vocanti:
Cuiq; piè vixit, sic quoq; sponte mori.
Præbuit in vitâ documentum nobile moru m.,
Gessit & ad cælos pectora plena fide.
Gnara bonas artes prolem docuisse, DEOq;
Tutandam calidis tradere suppliciis.
Sic tibi, sic suboli communi Numen amicum,
Reddidit, & voti copia certa fuit.
Quod justî petière, ratum est: tua pignora teq;
Asseret ætherei provida cura Patris.
An dubitas? adhibe ipse DEI tibi credita dona,
Juro, tuam statues vivere DOROTHEEN.

*Solatij & honoris causâ
Amico optimo F.*

MATTHIAS MACHNERUS Reipub.
Vratisl. ab expedit. Lat. nec non
in Judiciis Ecclesiast. & Orphanor. Notarius.

FLete decus vestrum, sed pleno flete sub amne,
Cattides, & lacrymas funde Ligæa Nape.
Unio feminei cecidit Bachmannia seclî,
Uxor Alischeri Costag. casta pij.
Hæc Fons lætitiæ, felix hæc Rivus amoris,
Callirhoeq; sui Vatis amæna fuit.

Illi qua vapidos restingvere noverat æstus,
Quos sub ferventi pectore cura parit.
Et non is fletet! Nimirum sufficit ipsi
In fletum laticem Pegasus alma suum.
Funera siccoculus spectet cum Crantore Zeno,
Arentis Stoæ dum crepat acre Sophos,
Mortes flere sciunt Vatum pia turba suorum:
Nam fuit his docto fonte perennis aqua.
Sed modicè plorant: Neq; enim torrentibus undis
Turbandus Clarie lymphidus humor aqua.
Sic & Alischerus Manes Vxoris humata
Hippocrenæis prosequitur lacrymis.
Infelix Lethe damnatas urgeat umbras,
Gurgite quas nigro mersit Aornus atrox.
Virgine spargatur lymphâ sacra tumba piorum,
Quos recreat vivo fonte salutis aqua.

Collugens profundebam.

M. JOHANNES Sechner.

SANCTI THEIOLOGUM TRIARIORUM
SPILI DELICIAM, novensilisq;
SPIRÆ PIERIDUM DECUS Sororum,
ALISCHERE, ROSAS tuæ sepulcro
ME POSCIS CAJÆ: PIÆ, PUDICÆ,
ET SANCTÆ pariter tuæ MARITÆ.
QUAM vellem Violisq; Liliisq;
ET vel Galbaneo Roseti odore,
QUALI purpureus triumphat Hortus
PHÆACUM, titulos & ossa tecta

Ex hinc spargere, frigidumq; saxum:
Cum CANDOR nivei pius MACHNERI
(Nostri CANDOR ô infreqvens MACHNERI!)
Inprimis eat hocce flagitatum
Proxenetæ. Sed heu RHODON misellus,
Qui crevisse meos amat per Hortos!
Non hic ambrosio Rosas odore
Halantes, nec honore purpurantes
Ostri nectareo mihi ministrat.
Qualem turba videlicet deorum
REGINAM meditata Flosculorum:
Aut Acidalium CYPRI ROSETUM
Punico genuit superbam amictu,
Aut salvo nimum pudore plenam.
Ast cum Flos meus universus omnis,
Queis pro tempore spargimus Sepulcra,
Marcescat, velut incubante Cauro
Regnum Chloridos omne consenescit.
Hinc almo è VIRIDARIO ROSARUM,
Quod communis Amor Favorq; noster
Ad Varnum colit, irrigat, fovetq;
TSCHERNINGUS, potius petes vigentes
Florentes, vegetas eas, perennes.
Nam cum sit mea vix ephemera, illæ
Annant (majus & assero) perennant.
Ast in vota ego principem Monarcham

Ter contrà, optime Presbyter, vocabo,
Ut, quas ipse piis & eruditis
Ad Machneriaden datis tabellis
Scitè suggeris, Aura præpotentis
Cœli Numinis entheata firmet
Luctûs tergemini allevationes.

*Contestaturus suam ita roranda suam
apposuit*

JOHANNES GEBHARDUS Gymn.
Elis. Vrat. Coll. Primar.

Mortua quæ cubat hic, est Alischeria conjux,
Incola, cum surget, læta futura poli.
Unde sit, & qualis fuerit, patet, ipsamet urbs scit.
Felix qui simili scit ratione mori!

*amicinus lugens f.
NICOLAUS LUDOVICUS.*

Ich solte billich zwär / Herr Alischer / Euch schreiben
Ein Trost-Geheiß / wann nur das Trauren zuvertreiben
Ich worte finden möchte / und mich nicht selbst gienge an
Was Euch betroffen hat / und mich betreffen kan.
Wahr ist's / wann Ihr bedenckt was Ihr für fremd' im Leben
Gehabt an Der / die Euch zuhülffe war gegeben
Von Gott; so hat der Todt genommen von der Seite
Euch Die / die ewre Lust und Trost war allezeit.
Was wollt Ihr aber thun? Ihr must Euch nur drein finden /
Wann Ihr gleich Tag und Nacht die Hände woltet winden /
Und trawren immerdar / so richtet Ihr nichts auß;
Viel lieber tröstet Euch und Ewer ganzes Hauß.

Und denck das gleich wie Euch zu einer Freuden-Gabe
 Die DONNER war von Gott geschenkt / so habe
 Sie wedrumb ab von Euch gefodert Gott der HERR!
 Der uns bald giebt/bald nimbt/bald reich macht/ und bald leet.
 Sein wohlgefallen ist mit uns oft so zu spielen /
 Das wir nicht wissen was Er meine / wann wir fühlen/
 Des Creuzes-Last / die ER in unserm Lebens-lauff
 Dem einen schwerer / als dem andern bürdet auff.
 Darnach Er sieht das sich geduldig einer stellet/
 So zeigt ER legen Ihm sich weder / und gesellet
 Mit seiner Hülf zu Ihm sich / das Er tragen kan
 Was unerträglich Ihm zu sein zuvor kam an.
 Wie Ihr Herr Bruder auch in den betrübten Jahren
 Des lieben Vaterlands mit andern habt erfahren.
 Drum last auch das Euch/was sich jzt bey Euch stelle ein/
 Nicht seltsam kommen für / noch etwas neues sein.
 Denn was ist Neues wol / das wiederumb zur Erden
 Der Mensch / von welcher Er genommen ist / muß werden?
 Was ist wol anders sonst sein ganzer Lebens-lauff/
 Als das Er sey bereit wann Ihn der Todt heut auff?
 Der Eine hat die Welt fast nicht recht angeblicket/
 Wann Er den heiligen wird unverhofft entrücket/
 Und muß die lange Nacht zu schlaffen gehen hin;
 Ein ander später folgt. Und diß ist der gewin
 Des ganzen Lebens; dehn die Menschen davon bringen;
 Dann ob Sie schon nach Ehr und grossen Güttern ringen/
 So fähre doch Ihnen nicht nach solche Herrlichkeit.
 Wer in der Zeit gedacht hat an die Ewigkeit/
 Der kan mit freudigkeit von dieser Welt abscheiden /
 Und mit den Seelig-abgeschiedenen der freuden
 Genissen ohne end im Himmel. O möcht Ich
 Doch meiner liebsten Ruhm bald folgen freitlich!
 überschickte von